


16



Al. H.



*294 ²
gn*

A
A
A
A
A
A
A
C
C
C
C
C
C
C
C
C
C
H
D
T
Y
H
H
H



41

164

MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM;
QUORUM UNA
FEBRI PESTILENTIALI,

ALTER
VULNERE CAPITIS laborat:

Q V A M,

DEO OPT. MAX AUXILIANTE,
SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATRI, & Medicinæ,
Anatomes, ac Botanices Professoris Ordinarii,
& Philosophi eximii,

Publicæ disquisitioni exhibet

SIMON VANDER VOORT, Ultrajectinus.

Ad diem II. Decemb. horâ 9. matutinâ, loco solito.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS Theodori ab Ackersdyck, & Gisberti à Zyll,

clō 1ō c l.





Reverendis ac Pietate conspicuis Viris,

D. ABRAHAMO VANDER VOORT, Parenti meo, Filiali obedientia, & amore quoad vivam prosequendo.

D. FRANCISCO VANDER VOORT, { Mercatoribus apud Am-
D. JOANNI VANDER VOORT, { stelodamenses solertif-
D. PAULO VANDER VOORT, { fimis, Patruis meis plu-
rimum colendis.

N E C N O N

Clarissimis, Eruditissimisque Viris,

D. HENRICO REGIO, Reip. { Præceptoribus meis,
Ultrajectinæ POLIATRO, Medicine, Bota- { plurimum
nices, ac Anatomes Professore celeberrimo, Phi- { de studiis
losopho acutissimo, Præsidi meo venerando. { meis me-
D. PAULO VOET, J.U.D. & { ritis.
L. A. M. Metaphysices & Logices Professore celeberrimo.

*Hasce studiorum meorum primitias
submisit & officiosè*

Dedico & offero.

SIMON VANDER VOORT.

MEDICATIO PUELLÆ FEBRI PESTILENTI LABORANTIS.

I.

PUella viginti annorum, grassante peste subito magno horrore fuit correpta; quem primo die infectus est pulsus celer, creber, & debilis, magnus corporis calor, & capitis dolor, magnaue virium animalium debilitas. Postridie in inguine dextro apparuit bubo, & infra illud, in femore, erupit anthrax.

II.

Afficitur in hac ægra *totum corpus*, ut ex horrore; *cor*, ut ex pulsu vitiato, & virium animalium debilitate; & *caput*, quod ex dolore; item *inguen*, quod ex ejus bubone; & denique *femur*, quod ex ejus anthrace est manifestum.

III.

Morbus, qui eam affligit, est intemperies maligna calida & contagiosa sanguinis & cordis, ac fixa sive coagulatoria spirituum; quæ primo horrorem & deinde pulsum crebrum celerem & debilem, calorem magnum corporis, doloremque capitis, virium debilitatem, ac bubonem, cum anthrace, inducens, *febris pestilens*, vel *pestis* appellatur.

IV.

Procatartica hujus morbi *causa* est aër, pestilenti halitu sive vapore, ob pestem grassantem infectus; qui primo levi vitio, per inspirationem, sanguinem in pulmonibus existentem, & inde in totum corpus delatum, inficiens, *antecedentem* huic morbo præbuit causam. Pars verò ejus majorem malignitatem & calorem adeptæ, & ad cor delata, ibique spiritus sanguinis figens & ita in varias corporis partes delata *continens* hujus morbi & symptomatum ejus est causa.

G 2

V. Cum



V.

Cum enim materia ista effervescens & corrupta multas aqueas & crassas contineret partes, & cum reliquo sanguine non satis bene esset mixta, hinc ea in corde non satis bene incalescens, spiritusque in cerebro inordinate movens, *horrorem* illum in ægra nostra excitavit. Dissipatis verò & dispersis istius sanguinis effervescentis & cor ingredientis partibus, reliquæ fervidi sanguinis partes cor ingressæ magnum conceperunt *calorem*, qui deinde per arterias toti corpori, & præsertim capiti secundum acriores partes fuit communicatus; atque inde totius corporis calor & ingens *capitis dolor* fuit productus.

VI.

Et quia in hoc affectu ob ejus peculiarem malignitatem spiritus figuntur sive coagulantur, & multæ sanguinis partes increassantur, hinc *pulsus* nostræ egræ est quidem, ob fervorem, *celer & creber*, sed ob fixationem & coagulationem spirituum *debilis*: atque hinc etiam *magna illa virum animalium adest debilitas*. Partesq; sanguinis crassæ, ad inguen ob pororum ejus dispositionem propulsæ, *produxerunt bubonem*; & calidiores ac acriores ad femur depositæ, *anthracem ibidem genuerunt*.

VII.

Metus est, ne hic morbus, ob summam ejus malignitatem, ex symptomatum vehementia manifestam, ægram nostram citò interimat; quia tamen est juvenis, & multi ex hoc morbo evadunt, spes omnis nondum decollavit.

VIII.

Itaque magna cum diligentia *Curatio* est adhibenda, quæ in malignitatis expulsionem, & per contraria, ac præsertim volatilitantia, correctionem, & tumorum ablationem, consistet.

IX.

Primò itaque exhibeatur talis potio cardiaca, & sudorifera, & bezoardica:

Rz. aq. theriacalis ℥ij.

elect. de ovo vel diascordii ℥j. *Misce pro potione, quam mox sumat corpore bene tecto ut proluciantur sudores.* Su-

Sudore jam peracto, sumat cochleare unum vel alterum sequē-
tis syrapi per se vel cum jusculo:

Rx. syr. de limonibus. *℞*
de acetositate citri an. ζ j β . *Misce.*

Et reficiatur sepe jusculis efficacibus, contusis, & congelatis: ac
bibat lac amigdalatum.

X.

Anthraci hoc imponatur cataplasma:

Rx. fol. scabiosæ, pulpa ficuum an. ζ β .
contusis adde ol. lilior. q. s. *Misce* pro cataplasmate, cui postri-
die resina laricea & vitellus ovi q. s. addi poterit.

Buboni adhibeatur tale medicamentum:

Rx. herb. malvæ m. j. flor. camomill. p. j.
caricarum pingu. ζ ij,
cocta pistentur, ac addatur pulv. rad. althææ ζ β .
farin. sem. lini, fanigræci an. ζ ij.
vitell. ovor. N^o. ij.
emplastri diachyli dissoluti in ol. lilior. ζ j. salis ζ ij. *F. Ca-*
taplasma bis in die renovandum.

Epithema quoque pulsum & cordis regioni tale, cum linteis
expressis, calide adhibeatur:

Rx. aq. ros. ζ ij.
scabiosæ, acetosæ an. ζ j. melissæ.
aceti ros. an. ζ β . pulv. diamarg. frig. ζ β .
succ. pom. redol. ζ β . *Misce.*
applicetur tepide, & saepe reiteretur.

XI.

Postridie talis potio antiloimica & sudorifera exhibeatur:

Rx. aq. thoriacalis
julapij rosati an. ζ j.
syr. de limonibus ζ β .
de agresta ζ ij.

Misce F. potio, quæ exhibeatur mane, corpus bene
tegendo, ad sudores proliciendos.

Sudore finito, sumat subinde ℥j tab. diamargariti frigidi.

XII.

Sequentibus diebus, si adhuc periclitetur, (quod ex pulsu debili constabit) in usu cordialium, propinatorum, admotorumque, erit pergendum: quibus hæc potio antiloimica & julapium alterans addi possunt:

℞. aq. theriac. ℥β vel ℥vj.

syr. de agresta ℥β.

julapii rosati ℥j.

aq. calendula, scabiosa an ℥β.

pulv. diamargariti frig. ℥β Misc.

F. potio.

℞. oxysaccari simpl. syr. de limonib. an. ℥j. β.

syr. acetos. ℥β. julapii rosat. ℥j. β.

aq. cinnamomi ℥β. spirit. vitrioli gutt. iij.

samphory gr. iij. Misc, f, Julapium, quo utatur frequenter.

Interea curet quotidie bubonem & anthracem chirurgus.

XIII.

In victus ratione aer rectificetur rebus odoratis aliquoties in die; cibus sit tenuis & refrigerans. Juscula conveniunt gallinarum & pullorum, duabus horis vel unâ à sudore elapsâ. Congelata etiam dicta, ex carne vitulina, gallinacea, uvis, saccharo rosato. Potus sit cerevisa tenuis cum succo limonum. Jusculis in coquantur, borrago, buglossum card. bened., fl. violar, rosar. Somnus sit moderatus; nam nimius veneni expulsionem impedit. Vitet tristitiam;

MEDI-

MEDICATIO VIRI
CAPITIS VULNERE
LABORANTIS.

I.
Vir 30 annorum, robustus, ab altero homine valido, inter litigandum, cantaro cerevisia pleno, in fronte supra dextrum supercilium ita percussus est, ut jam ipsi magnum adsit vulnus, contusione conjunctum. Cranium in fundo vulneris nudum & depressum apparet. Æger mente etiamnum satis constat.

II.

Pars, quæ hic affecta est, ad oculum patet, nempe cutis frontis, periostium, & cranium.

III.
Morbis, nempe vulnus frontis, cum contusione & ossis depressione conjunctum, etiam est manifestus. Dubium autem est, an non etiam cranii adsit fissura, & sanguinis in cavitate cranii, supra supercilium naturaliter excavati, imo etiam intra cranium & meninges effusio.

IV.

Causa hujus morbi externa contingens & evidens est ictus, in historia descriptus.

V.

Ex ictus autem vehementia verosimiliter colligitur fissuram esse factam cranii, & sanguinis in partibus jam dictis effusionem. Atque ideo

Periculosissimus hic est morbus; qui idcirco diligentissima curatione erit impugnandus.

VI.

Curatio autem consistet in cranii depressi sublacione, contusionis suppuratione, sanguinis effusi educatione, & vulneris consolidatione.

VII.

Primo itaque cutis & periostium, à cranii parte depressa, erunt separanda, craniumque ibidem denudandum: quibus factis, cranium torrulari & vecte erit perforandum, & in pristinum statum reducendum.

Cranio

Cranio sublato & sedi suæ restituto, locus perforatus linteo carpto erit, ad sanguinem effusum imbibendum replendus, ac linteo, spiritu vini rectificato imbuto, tegendus, & caput porro linteis aliis, recte accommendatis, muniendum.

Postridie, post alvum, clystere emolliente & purgante evacuatam, educendus sanguis ad $\frac{3}{4}$ vij vel viij.

VIII.

Postea continuandus linteï carpti & spiritus vini usus prædictus, donec os fuerit consolidatum.

IX.

Quo facto, vulnus, ut alia vulnera, à chirurgo per sarcotica & epulotica curandum.

X.

Victus in principio sit tenuis, in progressu mediocris, ex ovis sorbilibus, jusculis carniùm, hordeatis, & carnibus pullorum.

COROLLARIA.

1. *C*oëtio in ventriculo non solo calore, sed peculiari humore quodam fermentaceo peragitur.
2. *C*hylus per partes è ventriculo elabitur.
3. *V*entriculus non nutritur chylo.
4. *N*on datur excrementum melancholicum naturale.
5. *O*mnis morbus vel est intemperies, vel prava conformatio.
6. *I*n declinatione morbi nemo moritur.
7. *C*atalepsis non oritur à congelatione spirituum.
8. *I*n Pleuritidè ex inflammatione solius pleuræ purulenta materia per os excerni nequit.
9. *I*n diabete potus nunquam excernitur non mutatus.

F I N I S.


00 A 6396

ULB Halle 3
002 928 167



St






idus; cibus eupeptus; potus vinum
atione concilietur somnus. alvus
et vehementes animi affectus.

L A R I A.

malignitas.

hominibus exacte explicari ne-
actione se prodit, quod quam ce-
unde effici potest, quod volatili-
naturam pertineat: quia contra-

xrite colorchecker CLASSIC



41 164

MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM;
QUORUM UNA
FEBRI PESTILENTIALI

ALTER
VULNERE CAPITIS laborat:

Q V A M,

DEO OPT. MAX AUXILIANTE,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATRI, & Medicinæ,
Anatomes, ac Botanices Professoris Ordinarii,
& Philosophi eximii,

Publica disquisitioni exhibet

SIMON VANDER VOORT, Ultrajectinus.

Ad diem II. Decemb. horâ 9. matutinâ, loco solito.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS Theodori ab Ackersdyck, & Gisberti à Zijll,

c l o l o c l .